Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

quia audit seruus tuus. Abiit ergo samuel
et dormiuit in lecto suo. ueniensq; dominus
stetit et uocauit sicut uocauerat ceteris. Sa-
muel samuel. Et ait samuel. Loqre dñe
quia audit seruus tuus. Et dixit dñs ad
samuel. Ecce ego faciam rem in isl. qd
quicq; audierit. tinnuerint ambe aures eius.
In die illa suscitabo aduersus hely omnia
que locutus sum super domum eius. principiam
et complebo. predixi enim ei qd iudicaturus
eem domum eius in eternum. propter iniqtatem.
eo qd nouerat indigne agere filios suos.
et non corripuit eos. Idcirco iuraui domui
hely. qd non expietur iniqtas domus illius
victimis et muneribus usq; in eternum. Tu.
Dormiuit aut samuel usq; mane aperuitq;
hostia domus dni. Et samuel timebat in-
dicare visionem hely. Vocauit ergo hely sa-
muelem et dixit. Samuel fili mi. Qui re-
spondens ait. Presto sum. Et interrogauit
eum. Quis est sermo quem locutus est dns
ad te. Oro te ne celaueris me. Hec faciat
tibi deus. et hoc addat. si celaueris a me

37.
(272)